



**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum IV. Scripturæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

## SUMMARIUM.

*Si puer impubes vovent aliquid, valide  
vovent, modo usum rationis habeat, &  
mortaliter peccare possit.*

jus acquisitum fuisset, sponte ei renun-  
tiasset.

## CAPITULUM III.

## Litteratura.

## PARAPHRASIS.

Magister A. cùm in periculo esset confi-  
tus, hæc verba proculit: *nondimicra-  
rabor, proponens in animo, quid reli-  
gionem intrare veller: sed quia pollo  
opere non implevit, conscientiam cap-  
pit, & Alex. III. constitutis respondet,* quid  
amplius in voto non est procellum, quid  
transgressor censer non possit, *non im-  
pleteat, quod dixit.*

## SUMMARIUM.

*Simplex Propositorum an si votum?*

Notandum. Simplex propositorum, qua-  
rumvis firmum de bono opere facien-  
do, in honorem Dei non est votum, nam  
votum esse definitur, promissio deponen-  
tio Deo deliberate facta, uti docuit 4.  
4. c. 9. at verò promissio delibera in hoc  
distinguitur à simplici voluntatis populo,  
quod illa in se continet voluntatem aut se  
obligandi, idèque requirit aliter con-  
sentationem; at verò simplex propositorum  
continet voluntatem te obligandi, sicut  
explicavi l. 3. t. 4. c. 2. & ita docet S. Thom-  
as 2. 2. q. 28. a. 1. & bene hic declarat Ali-  
x. 2. & sumitur ex l. 2. 2. ff. de politice. Num  
autem dubitan, votumne Deo deliberata  
an tantum propositionem conceperit, pro ob-  
ligato se habere debeat, docuit l. 6. t. 4.  
5. n. 31.

## CAPITULUM IV.

## Scripturæ.

## PARAPHRASIS.

Quæsitum est ex Alexand. III. utrumque  
qui votum ediderunt, sepulcrum Domini

Nostrandum. Votum emissum à puerō,  
seu impubere validum est, & obliga-  
tionem parit, si rationis usum habeat, ita  
ut peccatum mortale admittere possit, juxta  
regulam Glossæ in c. mulier 14. c. 32. q. 2.  
qui potest se obligare diabolo, potest etiam se  
obligare Deo, & docuit l. 4. c. 1. n. 2. in  
fine. Facile tamen per dispensationem rela-  
xari potest: imò hæc sola causa, quod ab  
impubere editum sit votum, sufficiens esse  
videtur ad dispensationem argum. hujus  
cap. & notavit Abbas n. 2. Sanchez l. 8. de  
mat. D. 20. n. 13. ubi notat, quod Papa po-  
tuisset per dispensationem penitū, & abso-  
lutè relaxate hoc votum, cùm etiam per  
irritationem, à parente, vel tutore tolli pos-  
sit, prout docuit in cit. t. 4. c. 7. n. 10. ta-  
men commutationem admisit, quia id  
conforme est Ecclesiæ consuetudini, & con-  
sultius voventi, uti colligitur ex verbis:  
juxta consilium nostrum.

Quærunt: Cùm puer fidem alteri dederit,  
ideoque jus illiacquisitum sit, quomodo  
Papa absolvere potuerit puerum in præjudi-  
cium socij. Varia responderet Innoc. And.  
& Abbas his Dico cum And. n. 4. non  
fuisse hoc præjudicium pecuniæ aestimabile,  
sed ejusdem Societatis commodum, quod  
per se cessat, sublatâ obligatione voti; sicuti  
si aliquis ex mutua conventione cum socio  
votum edat de ingredienda Religione, &  
postea pœnitens impetrat à Pontifice di-  
spensationem à voto, non erit injurius erga  
socium, cùm ipse illum non impedit, quod  
minus ingrediatur Religionem, aut pere-  
grinationem instituat, etiam sine socio illo.  
Deinde in nostro casu non est difficultas,  
quia, ut ex integra lectione apparet, locutus  
contentus fuit, ut, qui in puerili ætate vo-  
verat, absolveretur, cùm rem istam Ponti-  
ficius judicio commiserit, & ideo si quod

ni, aut alia Sanctorum limina visitandi, ad Religiosi habitus assumptionem professionemque, nondum perfoluto voto, suscipi possent; affirmat Papa, eò quod voti emissi transgressor censeri non debet, qui tempore Deo promissum, obsequium, in perpetuam Religionis observantiam commutat.

## SUMMARIUM.

*Votum Deo factum, qualemunque illud sit, per professionem Religiosam tollitur, commutatione in melius facta.*

**N**otandum. Omne votum Deo editum, per professionem in Religione, commutatione quadam in melius, ideoque gratius obsequium, penitus tollitur, idque ipso jure tum Ecclesiastico, tum naturali divino, prout declarat Sanchez l. s. mor. c. 5. n. 48. & S. Thomas 2. 2. 2. q. 88. a. 12. ad 1. *Paludanus in 4. dist. 38. q. 4. ad 2.* & indicatur in hoc a. quod omnia particularia obsequia Deo promissa, ac debita meliore & eminenti quadam ratione continentur in perpetua, ac totali, sive secundum omnes facultates hominis, Deo promisso obsequio per professionem in Religione; sicuti, si aliquis variis debitis alteri adstrictus, omnia bona sua habita, sive ipsum penitus tradaret in servum, is plenissime satisfaceret, & priore debita ipso facta, & jure ipso extinguieret, sicuti explicavi l. 4. t. 5. c. 10. n. 3.

## CAPITULUM V.

## Non est.

## PARAPHRASIS.

Voti sui transgressor non est, qui illud Sedis Apostolicæ autoritate distulit adimplere; quare cum perturbato Regne Hungariae, Rex non modicum detrimentum passurus esset, si Strigoniensis Archiepiscopus, cuius ille consilio, & auxilio indigeret, Votum suum Jerosolymam proficisci adimpleret, ideo Innoc. III mandat Archiepiscopo, ut non prius iter illud instituat, quoniam regnum pacatum sit, vel

ab ipso Pontifice proficisci mandatum acceperit.

## SUMMARIUM.

1. *Votum, sine temporis definitione factum impleri debet, cum commode potest, ita, ut si justa causa sit differenda executionis, non sit prævaricatio executionis dilatio.*
2. *Ecclesiastici an possint esse Ministri Principum secularium.*

**N**otandum primum. Votum absolutè, & sine temporis definitione editum impleri debet, cum primùm, consideratis omnibus, commode impleri potest. Sumitur ex e. 23. Deuter. v. 21, cùm Votum veris Domino Deo tuo, non tardabis reddere &c. Eccles. c. 5. v. 3. si quid vovisti, ne moreris reddere; & colligitur ex hoc e. Quando verò dilatio Voti à transgressione excusetur, Superioris authoritas requiritur, & quasi quædam dispensatio, ut hic Abb. notavit n. 2. & 3. Ratio est, quod hæc sit natura cujusque promissionis, & virtualis intentio promittentis, si nulla determinatio facta est, ut executio, sive solutio fiat, cùm primùm iudicio prudentis commode fieri potest. argum. L. eum qui 41. §. quoties ff. de verb. oblig. Inst. codem tit. §. omnis stipulatio, ubi Glossa v. confessim, & docent DD. in L. s. domus 21. §. in pecunia ubi Glossa v. modicum ff. de legatis 1.

Scire tamen debemus, Deum non esse rigidum promissorum exactorem, ideoque sufficiēt causam fore differendi Votum, ut postea comodiū, quietius, ac maiore cum devotione impleas, uti docet Sylv. v. votum 2. 9. 3. quod super s. hoc tit. Sanchez c. 4. de Voto c. 14. n. 4. & sumitur ex cap. Quod super 8. b. t. Secundum tamē est, si nulla differendi justa causa sit, si tamē maneat exequendi certa voluntas, non debet censeri peccatum grave, cùm non sit prævaricatio voti secundum substantiam, sed tantum secundum temporis qualitatem, ut docet idem Sanchez n. 16. & 21.

Excipe primò. Nisi Votum, cuius exequendi opportunitas erat, verletur circa obsequi-